



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 113. Sessio II. Ferrariensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. bus votis pax expetenda foret, dum  
A. C. 1438. procul abesse cerneretur: quanta ve-

ro sollicitudine fovenda, atque conservanda, quando quis beata illius fructio-  
ne potiretur. Postmodum Fideles ad spi-  
ritus lætitiam excitabat, gratulatus, quod  
membra Ecclesiæ tamdiu a se invicem  
disjuncta brevi tempore unionis vincu-  
lo consociarentur, ejusdemque capitit  
membra & partes, & unius Pastoris ori-  
le efficerentur: Denique magnificis ce-  
lebrabat encomiis summi Pontificis, Impe-  
ratoris, & Patriarchæ sanctum, pliisque  
desiderium, quo pacem ac concordiam  
revocare impigro labore conarentur, euge-  
que hortabatur, ut forti animo fausta ex-  
dia ad supremum perfectionis terminum  
perducere satagant. Absolutam a Bel-  
fariione orationem Marcus Ephesinus fu-  
fermone excipere parabat; verum indi-  
nato jam in vesperam die ad sessionem  
sequentem dilata est dicendi copia.

## §. CXIII.

*Secunda Synodi Ferrariensis  
Sessio.*

*Idem p. 46.*

**N**ihi lominus Marcum non nisi in Sessio-  
ne III suam habuisse Orationem con-  
stat; nam in secunda, die Sabbati unde-  
cimo ejusdem mensis Octobris celebrata,  
Andreas Colossensis (sive Rhodius) Epis-  
copus

copus ex parte latinorum in idem, quod s<sup>ecundu</sup>m. XV.  
 Bessarion pertractabat, argumentum ex- A.C. 1498.  
 currebat, & latina, gravique oratione Pon-  
 tificis, Imperatoris, Patriarchæ, totius de-  
 nique Synodi laudes, & gloriam profusa  
 encomiorum amplitudine deprædicavit,  
 ac tanta orationis ubertate, & dicendi  
 studio abreptus est, ut nonnisi ingruen-  
 te vespere verbis finem ficeret: quapro-  
 pter nihil amplius ea Sessione gestum  
 erat, indicto rursus tertio confessu ad se-  
 quentem Martis diem. Intermedio hoc  
 temporis intervallo deliberatum est, quo  
 ordine disputatione dirigenda, item quod  
 dogma præ reliquis discutiendum; qui-  
 nam primi vel ex Græcis, vel Latinis  
 certamen aggressuri essent, & num inter-  
 rogationibus, ac responsionibus utendum,  
 vel potius ex utraque parte elucubratis  
 Dissertationibus pugnandum esset. Decre-  
 tum tandem, disputationes dialectico mo-  
 re succinctis argumentis instituendas:  
 Græcis vero, ut ante Latinos in tertia  
 Sessione disputationi initium darent, reli-  
 quendum esse.

### §. CXIV.

#### *Sessione III. die Martis decimo quarto Octobris habita, Marcus Ephesinus de charitate in ipso disputationum æstu ser-*

*Conc. ibid.*

B b 2 vanda